Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

tismo sanguinis et flaminis fuit baptisatus qui in cruce christum est confessus et de con. dis. 4 baptismi quod muniti. Esto quod parvulus dum ad baptismum defertur ab infideli interficiatur numquid salvabitur. Respondetur nullus parvulus quantum est de lege communi nisi virtute sacramenti non quia parvulus teneatur ex precepto sed quia sine sacramento vel aliquo quod equipolleat deus non disponit dare gratiam. Si vero parvulus propter hoc solum occisus est a persecutore cum portaretur ad baptismum ne baptisaretur moritur pro baptismo ideo in sanguine suo pie creditur baptisatus. Si autem de causa omittitur quantumcumque differatur ad baptismum si fuerint defuncti et naturaliter qui ad baptismum deferunt dampnantur. Sed numquid ex quo tenetur ad baptismum aliquis possit recipi eum a malo ministro. Responsio hoc habetur supra in primo ti. de sacramentis in communi in ar° 2° || Sed esto quod sacerdos nolit sine precio baptisare quid est faciendum. Ad hoc dicendum quod si baptisandus sit adultus sufficit sibi petere baptismum ad salutem quia baptisatur baptismo flaminis nec debet propter hoc symoniam committere quia non sunt facienda mala ut veniant bona ad Romanos 3°. Si tamen esset ibi aliquis laycus deberet se ponere ab eo facere baptisari. Si tamen sit puer ibi aliquis laycus deberet se ponere ab eo facere baptisari. Si tamen sit puer tunc ipse met debet eum ponere baptisare quam precium sacramenti symoniace dare pro baptismo si non sit presto aliquis presbiter qui velit baptisare puerum debito modo et licet ei aquam emere non tamen sanctificatam ubi potest habere aquam aliam quia aqua non est sacrum quia et si emit sanctitatem sanctificata illa non operatur ad baptismum de unitate eius ex quibus quasi sanctificata sit aqua et ideo non emat ut sanctificatam sed ut quasi aquam. hec Tho. Dicunt etiam aliqui ut Richardus et probabiliter quod in hoc casu dari potest pecunia pro aqua sanctificata sine vicio symonie quia per hoc redimitur vexacio iniuste prius quia in hoc casu est iuris nature et divini est aqua illa quo ad usum baptisandi. Alii vero simpliciter videtur quia in hoc casu precium dare potest plebanus pro baptismo non ad emendum sacramentum vel aquam sed ad redimendum vexationem iniuste prius et hoc ut dicunt videtur magis consonare pietati bonitati et iuri. Secundum autem Hostiensem potius permitti debet mori sic baptisato parvulo quam emat baptismum et hoc fuit modo.